



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Manzoliū morte eximit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

tis custodibus penetrabat, nulla alia re aduersus viri furorem, nisi diuina fiducia armatus.

Quodam die ad eã de more pergens ab alũnis monetur, ne certissimo sese periculo obijciat: feminam inquit ipse, vt eius animæ pro sim inuiso: id autem operis, occidant me, non intermittam. His illi auditis rogant iterum ab incœpto desistat, feruendum tempori, necessitatiq; parendum tradunt. Ille denique, nunquam iam dixi vobis, desistam, quin feminam visam, interfici hanc ob rē haudquaquam timeo: illud porrò sciatis velim, & ægram, quamquam morti proximam, è morbo conualituram, & propinquum, etsi optimè valet, è vita breui cessurum; idq; vti prædixerat, contigit.

Manzoliũ morte eximit.

Eodem anno, Iunio ineunte Iohannes Manzolius Florentinus ex antiquioribus Philippi alum-

*Id præter
Manzoliũ*

*alij etiam
testes ex ijs,
qui adfue-
re, sacra-
mento te-
stati sunt.*

nis vnus in grauem, mortiferumq;
morbum inciderat; morbo in dies
ingrauescente ventum iam erat ad
extrema, deserto à medicis nulla
spes salutis suberat. ergo sub vespe-
rum oleo sancto inunctus, Ioanni
Baptistæ sororis filio mandat, Phi-
lippum roget, vt sacerdotem quam-
primùm mittat, qui sibi morienti
assideat.

His dictis, B. Patri quasi coram
adesset, toto pectore sese commen-
dat, idq; eò libentius quòd memo-
ria retinebat, eundem prænuncias-
se, se ei superstitem futurum. Mira-
res, etsi ille animam agebat, vitæ ta-
men non amittebat spem: eoq; hæc
secum cogitante medici accedunt,
qui mortem illi instare ex venis, a-
lijque signis percipiunt, eoque ho-
minem deductum, vt nulla spe salu-
tis in horam viueret; propinquos
de parandis rebus ad funus neces-
sarijs admonent.

Accedit interea sacerdos à Phi-

lippo

lippo missus: is erat Matthias Maf-
feus, qui moribundi animam Chri-
stianis mysterijs munitam assiduis
precibus Dei, sanctorumque tutelę
impensę commendat.

Vix iam hora abierat, intra quam
ægri moriturū prædixerant me-
dici, Hieronymus scilicet Cordeli-
us, & Vitus, cum ille oculis in parie-
tem, qui erat lectulum iuxta, defi-
xis hæsit diutius: quod vbi cernunt
astantes, eum vt mortuum lamen-
tari incipiunt, candela de more si-
gnant, alij alios intuentes inter se
dicebant; ecce moritur, ecce spiri-
tum efflat: cumque durante tractu,
ac lenitudine mortis defectus iam
viribus neminem prorsus agnosce-
ret, sentiretque nihil, Matthias do-
mum redit, Philippumque adiens
eidem Manzolium vltimis iam ap-
propinquasse exponit.

Quibus ille auditis quod reliquū
erat noctis, in oratione consumpsit.
Auditę preces: ea siquidem nocte

moribundo melius fuit; dulci enim sopore corripitur, dormit ad horas duas: experrectus clara voce astantes euocat, cibum petit, animi, corporisque vigorem recuperat.

Interea minores custodes Misericordiæ sodalitij luce vix apparente domum Māzoliij, quem vita functum acceperant, petunt: corpus sibi ad lauandum dari rogitant; sed vbi audiunt eum non modò nō mortuum esse; sed ne periculosum quidem, vt qui vitam ea ipsa nocte intuito collocarat, admiratione complentur, nec dictis fidem habuere, donec suis ipsi oculis illum melius habentem, expedita lingua loquentem viderint.

Illud hic annotatu dignum; mittit Philippus eundem sacerdotem Matthiam summo manè Manzoliū visum, quo abeunte venit ad eum Montes Zazzara, vt illum de eiusdem obitu admoneret: cui & dicere cœpit. Amici pater vnicè mihi cari

iactu-

iacturam feci: Io. Manzolius supremum diem priore nocte expleuit; & ecce tibi signum, Misericordię sodales ad funus conuocati sunt. hæc vix ille dixerat, cum Philippus, Māzolius, inquit, non modò non obijt; sed ne hoc quidē morbo obibit. Redit interim Matthias, qui rogatus à B. Patre quomodo Io. Māzolius haberet, decessit inquit; & ille haud verum dicis, viuit ipse; propera ergo ad eum iterum perge, quid stas? quid cessas? sed cum sacerdos iussa exequi cunctaretur, quòd diceret se à Manzolij familiaribus de ei^o obitu admonitum esse: Instat acrius Philipp^o, vrgetq; vt mādatis pareat: Abijt ille: in itinere hæc animo voluebat: Quid sibi vult isthæc reditio? frustra Manzolij domum repeto, iterum audiam quod semel audiui, Io. obijt. Hæc dum ille cogitaret, ad eius ædes peruenit, ingressus cubiculum: moribundū hominem nō modò viuum, sed optimè habē-

tem,

tem, expeditèque loquentem, circumstantem noscitantem offendit, miratur. Reuersus ad Philippum quod vidit, narrat; eum Manzolij nomine salutat.

Cæterùm, vt ad rem nostram redeamus, accedunt medici ad Manzolium à domesticis reuocati, quãquam initio quòd eum mortuum putarent, venire renuebant, expulsi arteriarum extemplò certam, indubitataque spem valetudinis admirabundi concipiunt, miraculum inclamant, miraculum, in singula momenta leuius Manzolium habere profitentur.

Neque hic stetit res, haud multò post magnis in dies virium incrementis planè conualuit. Produxit is vitam ad annum huius sæculi nonagesimum septimum, obiitque paulò plus quàm biennium post Beatum Patrem.